

De Restitutione

soluere, & veniente tempore solutionis, potens soluere non vult malitiose differendo tempus: maxime si citatus in iudicio multas proposuit calumnias, vt dilationem daret: quia vltra damnum interesset, tenetur ad expensas.

Idem dicendum de illo, qui vendidit agrum, equum, bouem, aut aliam re fructiferam, & non tradidit eam emptori tempore suo, ex quo propter moram, emptor rei impeditus est ab usu illius rei, & perceptione fructus, seu vtilitatis. Aut si vendidit rem viciosam uitio occulto pro bona, unde emptor postea non potuit vti re illa, vt apparebat, uel finxit esse.

Idem dicendum de illo, qui furatus est equum, aut mulum locari solitos, de quibus dominus lucratus fuisset: non solum tenetur restituere equum, aut mulum, sed etiam quantum lucratus fuisset illis, tempore quo res furatas tenuit deductis tamen expensis debitis, & deduci solitis. ait Maior. in 4. dist. 15. q. 2. 7.

Et denique considerandum est, qd in omnibus casibus, in quibus aliquis creditor mutuans res suas, potest tuta conscientia exigere interesse pro re mutata, quando mutuatarius est in mora; tenetur etiam ad interesse omnis debitor potens, & debens restituere rem alienam, quando est in mora. Dixi (potens, & debens) quia dum non potest, nec debet, excusatur; dum enim durat impotentia excusans, sicut de nouo non peccat, quia non dicitur esse in mora, ita durante illa, credo non currere interesse. Quando autem hoc accidit, vide cap. sequenti, ibi. (Quantum ad quartum quando debet fieri restitutio.) Et si queris scire, qui, & quot sunt casus, in quibus mutuans potest tuta conscientia exigere interesse, vide inferius cap. de vfura. ibi. (Quantum requisitum est.)

17
Ratione
ludi.

Ludus in
quatuor ca-
sibus est il-
licitus.

Quarto principaliter, aliquis obligatur ad restitutionem ratione ludi. Quamuis enim ludus genere suo sit licitus, ita, vt sine lethali culpa exerceri possit, ludo taxillorum excepto, præterquam etiam a clericis & vbi leges prohibent, si sunt in iuridi obseruantia, & non consuetudine abrogata: tamen sicut multis bonis circumstantijs potest honestari ita pluribus etiam vitari, ut non solum ludens peccet mortaliter, sed si Iustitiæ iura violet, teneatur etiam ad restitutionem: quod accidere potest in quatuor casibus, prout ait D. Th. 2. 2. quæstio. 32. articulo. 2. Primo quando commisit fraudem ludendo cum falsis taxillis, aut cartis decipiendo, & huiusmodi. Secundo quando finxit se inscium ludi, in his, qui non tantum sorte, sed ingenio, vt sunt aliqui ludi alearum, & præsertim ludus scacchorum, & similibus, & traxit alium longe impetitiorem ad ludendum. Tercio, quando lucratur ei, quem traxit ad ludendum: sed nota secundum Sotum in 4. de Iust. & iure. quæstio. 5. articulo. 2. & Nauar. c. 19. nu. 13. quod non omnis tractio, & simplex coactio sufficit: sed illa, quæ faceret actum simpliciter, inuoluntarium: vt accidit quando per aliquem metum iustum, & reuerentialem coguntur vassalli ad dñis suis, alias non lufuri: ac etiam quando a colludentibus improbis precibus & verbis ita instigatur, vt nisi luderet pudore, afficeretur tanquam vilis, & abiectus, cum tenetur ab omnibus vir probus & vrbanus. Quarto quando lucratur his, qui alienare non possunt, vt filiis familias non emancipatis, pupillis, furiosis, ebrijs, & mente captis, & omnibus aliquo impedimento laborantibus, propter quod rebus suis providere non possunt, & inde dati sunt ei curatores. Sed quantum ad filios familias hæc intelligenda credo, quando ludus esset alicuius quantitatis notabilis: nam de scholasticis studio vacantibus non ambigendum est patres dispensare super modica quantitate secundum conditionem sui status, cum sciant filios iuvene esse, & vix posse sine illis dispendijs viuere.

18
Rōne dāni-
ficatiōis nō
a proposito.

Quinto, aliquis tenetur ad restitutionem ratione damnificationis non a proposito, sed tamen ex culpa sua, & hoc vel per se, vt exempli gratia: si quis aperuerit cisternam, quæ erat in uia publica, ob quod damnificatus est dominus ciuitatis;